Secundo notandū. q sol fm Isidorū dicitur quasi solus lucens. eo q sit fons totius luminis. cuius radiatione superiora et inferiora illustrantur. Est autem sol fm astrologos planeta fortunatus fm se. Sed per cōiunctionem aliquando fit malus diurnus calidus siccus. et sic de alijs. Unde sol omnia viuificat. et rebz omnibz vitam speciem et formā amministrat. Sol aut omnibz luminaribz celi maior est quantitate dignitate et claritate. Et magis calcatus et expressus est luminis. et etiam maior est potestate et officij multiplicitate. ac motus vniuersitate. Nam mouetur semper per directo motu in circulo proprio sub zodiaco. medium semper tenens locū. transit em recte circulis suis per mediā lineam zodiaci. cuius metas et terminos non transcendit. Et ideo motus solis in circulo suo proprio est vniuersalis. Quis in respectu aliorum dissimiliter mouere videat. Circulus vero solis sicut etiam zodiacus describitur per duodecim signa siue signa. quorum quodlibet continet triginta gradus. et quilibet graduum sexaginta minuta. Unde sol recedendo ab vno puncto circuli sui. et reuertendo ad eundem transit per duodecim signa. Et transitus illius circuli annus vocatur. Nec in die naturali perfecte transit gradus vnum sed transit sexaginta nouem minuta et octo. ita q de illo sexagesimo minuto remanent duo signa impertransita. Intantum igitur deficit q in vno die naturali non perficit gradum vnum. Sol igit motu suo ordinato et imperturbato cursu ordinat et perficit vniuersa. Unde Ambrosius sic virtutes solis describit. Sol est oculus mundi. iocunditas diei. pulchritudo celi. mensura temporum. virtus et vigor omnium nascentium. dominus planetarū. decore et perfectio omnium stellarū. Preterea sol est fons mentis. id est memoria. rationis principium. lucis origo. rex nature. In medio mundi fulgor olympi. moderatoz fundamenti. Ideo em mouetur contra motum firmamenti. vt moderet et temperet motu suū. Ideo dicitur splendor olympi. qz dicit Macrobius in libro Ciceronis. Definitio fuit Platonis. omnium spheraz lunen esse a sole. Dicit em Plato in thymeo. Inges

disciplina scholarium

uiait deus rex conditor lucē clarissimā. quā solem vocamus. cuius splē-
dore celum z omnia illustrant. vt numerus existat omnū animantium.
Et Aristoteles in libro de elementis ait. Sol habet lumen propriū. stelle
vero z luna lumen a sole acquisitum. Sicut quando a candela speculuz
ei opositum illuminatur. ¶ Item notandum de luna. q̄ luna dicitur
tū quasi luminis vna. id est principalis z maxima. Est em̄ corpori sola

Ultima semicirculi planicies p̄-
ponebat. Cur tremor est in terris

sed a plenitudine solis mutans. Luna em̄ fm̄ appropinquationem vel
elongationē a sole formā suscipit z figurā. Carēs igit̄ pp̄io lumine a pun-
ctuali plenitudine solis lumē recipit. Est em̄ dicit Aristoteles in libro de el-
ementoz. luna semp̄ mediate a sole illuminat z lumē receptū reflectit in ter-
ram. Habet em̄ luna naturā similem speculo. q̄ pp̄io colore caret. z reci-
pit colorē ab alio. Et quāto plus soli appropinquat tanto plus de lumis
ne suo perdit ex pte terre. Sed claritatē quā pdit ex pte inferiori. nullare-
sū perdit ex pte celi. imo tanto plus ex parte superiori illuminat. Tū qm̄
soli p̄iugitur nihil luminis ad terrā dirigit. Sed ex parte celi imples illu-
minatio pmanet. z conuerso qm̄ soli oponit tota ad terrā z nō ad celum
illuminat. vt dicit Beda z Macrobius. Et ē luna inter planetas bre-
uissimo tpe sui t̄pis impletua. breuissimū em̄ h̄z circulū. z ideo inter spaci-
um v̄iginti octo diez p̄ oia signa zodiaci vagat. vt dicit Ptholomeus. Est
aut̄ luna planeta frigidus cū excessu. femineus z nocturn⁹ zc. Horat̄ at̄
in quolibet signo duobz diebz et sex horis z bisse. Inter omnes em̄ stellas
erraticas luna est magis incerti z vagi motus. Nam propter breuitatem
sui cursus. nunc sub sole. nunc supra. nunc ante. nunc retro euagatur. Nam
cum sol circuit per circulos australes inferiores. z luna peragrat circulos
boreales superiores. tūc luna suprema est. vclut nauicula habens cornua.
Et qm̄ est sub sole tūc habet cornua versus terram declinata. qm̄ vero des-
cendat tūc est erecta. vt dicit ipse venerabilis Beda.

Tunc ibi (Ultima semicirculi)

¶ Prima questio vltimi semicirculi est. que sit causa terremotus. Ad
dubium dicendum breuiter. q̄ terremotus ex eo causatur q̄ in terra vapores
calidi sunt inclusi. Sol igit̄ per radios suoz reuerberationem ad ter-
ram superficiem terre calefacit. Vapores inclusi agitates viscera terre cō-
cutientes z perentes exitū. cū terra in superficie sit constricta resistit diuisio-
ni vapores extrē hō p̄mittentes. vapor ergo inclusus calore tandem celsus
fortiter terram agitat. z ex terre resistentia tremor quidam causatur. qui tre-
mor quādoqz maior est. qm̄qz minor est fm̄ q̄ vapores inclusi ascendentes
et extrē volētes sunt plures aut pauciores. Et fm̄ etiā q̄ terra in sua suz

Boetius de

perficie est magis vel minus contracta. Tunc ibi (Cur concrepat aera)

¶ Secunda questio est. que sit causa tonitruū. ¶ Notandū q̄ tonitruū est impressio generata in nube aquea propter vaporis calidi r̄ sicut agitata tionem. huc r̄ illuc fugientis contrarium ab omni parte coarctati. r̄ ex h̄ inflammari. sed tandem in nube extinguens r̄ ipsam rumpens. Vel ge/neratur tonitrus ex col/

lectione nubium quan/ do a ventis contrarijs nubes agitate adinuicē collidunt. ex mutua em collisione adinuicē fit cō/ cussio in aere et strepi/

¶ Cur concrepat aera fulgur

¶ Cur maris exundet rabies

¶ Gustusq̄ malignus.

tus. que ab antiquis tonitrus nominatur. Dicitur autē tonitrus vel tonitruum a terrore. eo q̄ sonus terreat audientes. Unde interdum tā gra/ uiter percudit vt omnia discepisse videatur. Nec mirari super hoc quis debet. cum vesica q̄uis sit parua tam magnum sonum efficiat si vento sit repleta r̄ violenter fracta. Cum tonitruo frequenter simul fulgur enitrit sed fulgur celerius videtur q̄ tonitruum auditur. Ratio. quia sensus visus subtilior est q̄ auditus. Unde prius homo vidit icū hominis arborem incidentis. q̄ ipsum sonū audiat. Unde phus dicit. tonitrus est strepitus ventorum in sinu nubium receptus. q̄ virtute nobilitatis sue qualiter partes nubis interrūpit. r̄ fragorem tonitruū introducit. Unde fm Aretorem in libro meteororum. tonitruum nihil aliud est q̄ extinetus ignis in nube. Vapor enim sicus eleuatus r̄ calore aeris inflammatus quando a nube aquosa intercipitur subito extinguitur. ex qua extinctio/ ne strepitus tonitruū generatur. Sicut quando extinguitur ferrum ignis tum fit sonitus r̄ stridor. Tunc ibi (Cur maris)

¶ Tercia questio est. Cur rabies maris exundet. Vbi sciendum. q̄ luna aquarum maris est attractiua. sicut adamas attrahit ferrum. sic luna mouet r̄ attrahit post se oceanum. Unde in ortu lune intumescit mare r̄ crescit ex parte orientali. sed decrescit ex pte occidentali. Et ideo quando luna est in occasu tunc mare ex parte occidentis crescit. sed decrescit ex pte orientis. Scdm igitur q̄ luna plus vel minus proficit in suo lumine. sic plus vel minus in suo flumine mare se extendit. vel ipm mare retrahit vt Macrobius refert in libro Liceronis. Oceanus em̄ in decrenēto lune retinet istū modū. Nam pmo die crescit lune fit copiosior solito. r̄ abundat in summo. sed secūdo die minuitur. r̄ sic descendit vsq̄ ad septimum die. Deinde iterū crescit per septem dies. ita q̄ in quarrodecimo die ē tres r̄ plenus in summo. Unde in nouilunio semp mare est plenissimū. r̄ etiam in plenilunio. Tunc ibi (Gustusq̄)

¶ Quarta questio est. cur gustus malignus. hoc est q̄ est causa falsedis/ nis maris. Ad hoc dcm. q̄ duplex huius est cā. Vna q̄ transit per loca calida. Calidi em̄ sunt due opationes quantuz ad ppositum sufficit. scz adurere r̄ atterere. Calidum igitur humores adurit. ex qua adustione

Disciplina Scholarium

In ipsis amaritudo requiritur. hoc modo mare per diuersa loca trāsles amaritudinem recipere potest. Preterea cum mare sit valde latum et diffusum virtus caloris solis dulcior et subtilior pars aquarum marinarum ab ipsis attrahi potest et sic grossiores relinquuntur. que cum faciliter euaporari non possint calore solis aduruntur. quā adustione amaritudo sequitur.

¶ Tūc ibi (Que natura pennatorum etc.) Quinta questio quesitue de natura auium. Cur scilicet quedam aues tempore hyemali a nobis alienantur

¶ Que natura pennatorum estiualem in hyeme deficientium et puerum

¶ Quid grandinis rotunditas. ¶ Quid niuis prolixitas

seruare. Sūt enim quādam pennata tam modici caloris naturalis quam propter frigidum brumale in locis frigidis sustentari non possunt. Et ideo hyeme adueniente quedam eorum ad calidas regiones mundi trāsnuolant. vt videmus in cycconijs. Quedā loca paludinosa perit. vt hyridines. Quedā etiam plumis cadentibus in aliqua cauernula terre vel in arbore cōcaua in suis plumis se recipiunt vsque ad tempus vernale. et tūc calore veris redeunte fortificatur eorum calor naturalis. qui procreat in corpore plumas iterato. et sic reuolunt ad nos redeūtes. vt cuculus

tempore vero estiuales redeunt. Ad quod dicitur per quod hoc contingit propter diuersitatem temporum. quod non omne tempus ad earum seruationem est habile. et ideo recedendo et redeundo motu illo se nitunt

¶ Tūc ibi (Quid grandinis rotunditas) Sexta questio quesitue quod est grandinis rotunditas. **¶ Ubi** notandum. quod dicitur Aristoteles primo meteororum. grando est impressio generata ex vapore humido et frigido a frigore fugato. et ab interioribus nubibus propter dominium calidi circumstantis. Generatur autem in nubibus a terra longinquis. et ideo causa generationis eius est vapor frigidus et humidus in penetrare nubis receptus. qui ex frigiditate aeris condensatur. Nam partes humide et frigide fugientes calorem aeris se recipiunt in interioribus nubibus. et ibi inuenientes vapores partes eius aggregant et in substantiam grandinis congelant. Unde vehementer calor estiuales grandinis generationem impedit. quia dissolueno vapores eius partes aggregatas pariter non admittit. Similiter nimirum frigus in hyeme. quod tūc non est caliditas in aere. quam fugiens frigus se recipit intra nubem. Et ergo dicitur philosophus. quod vltimo sunt grandines in reparationibus locis. Grando autem parua et rotunda descendit ex supremis locis. vt dicit Aristoteles. Causas autem paruitas et rotunditas ex mora eius in aere ex longo tempore. Unde ex resolutione diuturna rotundatur. et calore aeris partes eius aquee resoluntur et minorantur. Sed in grandine in locis vicinis terre generata accidit perarium ex causa contraria

¶ Tūc ibi (Quid niuis prolixitas) Septima questio querebat per quod est niuis prolixitas. **¶ Ubi** notandum. quod nix est impressio ex vapore frigido et humido generata. et in infima parte medij intersticii aque

Boetius de

Vis congelate a medio cri frigido respectu pruine propter admittionē caliditatis. que quidē caliditas inclusa in eius substantia. z nō statim deus eta a frigore circūstante rarefacte eius substantiam et qualificat ipsam respiciens albedinem in colore ppter victoriam frigoris in fine. atq; ppter expansionem z dispersionem partū nubis. seu propter frigus debilitatū a calore frangitur in partes tantas ad modum lane carpte. Nix em generatur in nube minus frigidā q̄ est illa in q̄ grandis congelatur. quod vt restatur mollicies caliditatis nūis admixta nubibus ph̄ter pres eius cōprimi adinuicem z ve

hemētius aggregari. Nix ergo aqua est durior z siccior ex frigore circūstante. grandine tamen mollior est ex mixtione caloris in nube. De albat autē ex frigore in eius superficie domināte. z modico calore nix in aquā resoluta tā a duricie q̄ ab albedine defacili immutatur

¶ Tūc ibi (Nebule potentia) Octaua questio est. ppter quid nebule potentia est. **¶** Ubi notandū. q̄ nebula est impressio facta ex resolutione nubū in aquā pluuialem resolutoriam. vt dicit Aretio. pmo methecororū. Vapores em sic resoluti per singulas particulas aeris diffusi nebule lam gignūt z inducūt. que q̄ro terre est vicinior tanto est obscurior spissior z frigidior. A terra vero magis eleuata magis est peruisa minus frigida z obscura. Quādo autē nebula a sole trahitur sursum totaliter mouet. et in materiā nubis redit. z ideo future pluuię est significatiua. Quando vero totaliter a radijs solis repercussa deorsum cadit z in suam redit originem deficit z euanescit. Unde purgato aere futuram prestat magis serenitatem. Aliqñ corrūpitur in vapores ex quib; generat. z tūc est multum nocua flor. Etā est germinantiū vinearū corruptiua. z diuersarū infirmitatū animalib; inductiua. latronib; z maleficis est pueniens. qz insidiarū ipsoꝝ est occultatiua. itinerantiū z peregrinantiū impeditiua. quia magna nebula z obscura que est incognita z incerta radioꝝ solis z aliarū stellarū est interceptiua. z ideo nauigantiū est periculosa z grauis. vt dicit Beda quia dum nebule obscuritas maris superficie occupat. vbi debeat nauis recte verti ignorat gubernator

¶ Tūc ibi (An virtus lapidū) Nona questio est. an virtus lapidū procedat ex complexione forme cum materia. Vel ex forma tm vel ex materia tm. **¶** Pro quo notandū. q̄ lapis est ens mixtum ex quattuor elementis. in quo est tria p̄siderare. scz materia lapidis. z hec est grossa viscositas seu humidum terrestrē. ita q̄ materia lapidis participat ista duo elementa. scz aquam terram z precipue terram. Huius signū est cū p̄prium sit terre substare aque. z omne genus lapidis proiectum ad superficiem aque tendat ad fundū. Ex quo apparet cum lignum ad superficie aque positum non cadat ad fundum. sed remanet in superficie. q̄ nō participat precise illud elementū quod substat aque. sed illud quod superest.

Disciplina scholarium.

aque. videlicet aerem. ¶ Querit aut̄ questio. an diuerse virtutes lapidūz
consequant̄ ipsos lapides rōne materie. vt dictum est. an rōne forme. an
rōne compositionis forme cum materia. ¶ Dicendū cū Auicenna. q̄ p̄
tus est sequela forme. ex parte em̄ materie progredi non potest. quia cum
omnes lapides eandem habeant naturāz sequeretur q̄ omnes haberent
eandem virtutem. Verbi gratia. q̄ omnes fugarent venena. concordas
rent discordes. attrahes
rent ferrum. ⁊ sic de alijs
virtutibz lapidum. De
quibz Albertus magnus
in suis tractat̄ mineralibz

simul. an ex vnus tm̄ incurfu ¶ Quid
pluuię dulcedo. ¶ Putei hyemalis

bus. Forma igitur que est natura principalis ⁊ per consequens principium
motus ⁊ quietis est quā virtus lapidum consequitur. Unde forma
substantialis lapidum est natura mouens ⁊ inclinans eos ad prias vir
tutes ad suas operationes exercendas. Unde sicut forma hominis mo
uet ipsum ad virtutem operatiuam eorum que nō operatur asinus Sic
forma magnetis ⁊ adamantis mouet ipsos ad virtutez operatiuam eorū
que non operatur cristallum vel margarita. Nec autē questio in ge
nerali p̄posita potest specificari hoc modo. An virtus adamantina proce
dat ex parte materie tm̄. vel ex parte forme tm̄. vel ex parte p̄positionis for
me cum materia. Patet responsio. q̄ attractio sequit̄ virtutē adamantis
virtus autē p̄sequit̄ formā ⁊ non materiam.

¶ Tūc ibi (Quid pluuię dulcedo) Decima questio ponebat. que
sit pluuię dulcedinis causa. ¶ Pro quo notandū. q̄ calidū adueniens
humido duo facit. vel ipsum adurit. vt caliditas solis per continuam ac
tionem in aquas maris ipsas adurit. ⁊ ex hoc causatur amaritudo ip̄si
us maris. vel non adurit. sed digerit ⁊ decoquit attrahens ⁊ eleuans hu
miditates subtiliores ex aquis ad aerem ipsas calefacit. ex qua digestio
ne ⁊ decoctōe dulcedo relinquit̄. Et hoc modo aque pluuiiales efficiuntur
dulces. Hinc est q̄ modica pars pluuiialis aque humectās segetes plus
recreat suscitāt ⁊ fructificat. q̄ si multū aque fontalis aut fluuiialis super
ipsas sp̄geret̄ aut funderetur

¶ Tūc ibi (Putei hyemalis) Undecima questio ponebat. p̄pter
quid fontes in hyeme sunt calidi. in estate vero frigidi. Videmus enim
fontes in hyeme fumare. talis autē fumatio attestatur fontium calorem.
Huius ratio est. quia frigus vehemens ⁊ excellens tangens terre super
ficiem inuenit in ipsa caliditatem in estate per poros terre receptam. agēs
do autem in ipsam caliditatem depellit eam ad interioza ⁊ ad terre visces
ra. in quibus est reseruata ipsa aqua ex qua fontes ⁊ fluuij generantur.
Hec autem caliditas resistit actioni sui contrarij. scilicet frigiditati. ex qua
quidem resistentia ipsa caliditas fortificatur. Nam contrarium a gens in
suum contrarium si inueniat resistentiam in ipso sua virtus minoratur et
virtus alterius contrarij fortificatur. Et hoc modo relinquitur caliditas
in aquis fontium tempore hyemali. Huius simile est. quia in hyeme dum

Boetius de

manus vehementer est in frigidata si apponat igni vehemens calor agit in
vehemens frigus quod est in manibus. Frigus autem calido resistit. et per hoc
et magis resistit magis fortificatur. et hoc modo pringit. manū pari ma-
iorem pūctionem. sed tamen per prinuam ignis applicatiōem tandem frigus
expellitur. Sed frigus in hyeme circūstans toti terre calidum susceptum
in terra depellit ad eius inferiora. Et sic calidum resistens fortificatur per
anhiparistatim. Præterea huius alia ratio esse potest. quia tempore bru-
mali poti terre constri-
guntur. ita quod calor terre
santummodo per fontes
valet euaporare. Sed re-
pore estiuāli poti terre ca-
lore solis aperiuntur. quibus apertis caliditas terre inclusa valet exalare. et
quia terra naturaliter est frigida. absente calido frige facit venas et fontis
um meatus. Hinc etiam trahitur causa cur homines in hyeme sunt cele-
rioris digestionis quæ in estate

caliditas. estiuālis rigiditas **¶** Ubi
sus triplex emissio **¶** Colozū cōcretio

¶ Tunc ibi (Ubi sus triplex emissio) Duo decima questio queret
bar. Cur sit triplex visus emissio. quod est intelligendum. Cur quedam
animalia acute. quedam acutius. et quedam debiliter vident. Sed potius
us intelligendū est de diuersis dispositiōibus linee ducentis visum super res
visibilem. Nam omnis visio est secundum triplicem lineam ad modum trianguli vel pyra-
midis constitutam. quarum due procedunt ab oculo. et extenduntur super duas
extremitates visibiles. et tertia est per modum basis imaginande protens
se ab vna extremitate visibilis ad altam extremitatem eiusdem. Conus enim
illius figure imaginari debet in oculo. basis autem in re visa. Et si contra ras-
dios visuales pringeret concurrere ante. quæ ad oculum possent peringere.
propter nimiam visibiles a visu distantiam. contingeret visibile non vide-
ri. Et ad perfectam visionem tria exiuntur. scilicet organum. verbi gratia pup-
pilla oculi ut sit determinate disposita. et quod medium sit illuminatum. et
etiam quod obiectum sit in determinata distantia situatum. aliter enim visum cir-
ca visibile iudicando contingeret errare. Nam quanto obiectum visibilis
plus distat ab oculo. tanto concursus radiorum siue linearum visualium cō-
stituit angulum acutorem. et per consequens tanto res visa apparet mi-
nor. Hinc est quod sol apparet parue quantitatis. cum tamen sit maior tota ter-
ra. E conuerso vero quanto visibile est propinquius oculo tanto cōcursus
radiorum visualium constituit angulum obtusorem. Et per consequens tunc
visibile maius apparet

¶ Tunc ibi (Colozum conerctio) Ultima questio proponebat per
pter quid sit colozum discretio. **¶** Ubi notandum est quod color secundum Aristotle-
telem in de sensu et sensato est extremitas perspicui in corpore terminato.
Non enim dicitur quod sit extremitas corporis simpliciter. sed potius extremi-
tas perspicui. hoc autem dicitur quædam corporis qualitatem. Dicitur autem
extremitas perspicui quia color apparet in extremitate. Et dicit in corpo-
re terminato vel determinato. ad differentiam corporum indeterminatorum

Disciplina scholarium

Sicut enim in corporibus indeterminatis aliquis est color. ille tamen non est in eis ratione perspicuitatis. aut ratione pure transparentie. sed ratione alicuius terminationis. Sic autem in corporibus indeterminatis. Verbi gratia. in aqua vel in aere lumine dicitur actus corporum interminatorum. tenebre vero dicuntur privationes eius. sic quodammodo nigrum dicitur privationem respectu albi. quod est minoris perfectionis. minusque de natura lucis participat. Generant autem colores medij per extremorum colorum commixtionem. ita quod quilibet pars extremorum commisceatur partibus alterius.

¶ Cum igitur istarum questionum difficilis solutio animi mutationis non posset adimplere. vixi studuit predictis postpositis subiugari. Visis vndique virginibus in tedium ductus parentibus sic respondit. Improbo corruptas. lectos detestor aniles. Nil mihi cum feda virgine solus ero. Spre-

tisque predictis. utpote solutioibus difficilibus Ptholomei preceptis inquit de cetero insitam. Sed signorum gradus planetarumque discursus sine turris elevatione facili visu comprehendendi non possunt. Quid inquit de cetero faciam miserum est me esse hominem. utinam humanitates possem exuere. asineitatemque induere. specie permutata.

¶ Sit ergo discipuli summa magistratui subiectio. exercitij attentio. animi benivolentia. ingenij docilitas. spiritus luxurie cuius ratio. felicisque constantie debita professio

le insistere. Cum autem vidit quod gradus signorum et cursus planetarum de facili non poterat apprehendi sine turris elevatione. Dixit concludendo. quod faciam de cetero. miserum est me esse hominem. Utinam possem exuere humanitatem et induere asineitatem. specie permutata.

¶ Tunc ibi (Cum igitur) Hic Boetius enumeratis questionibus que descripte erant in sede Tractatus. ostendit quomodo fecit filius inconstantie. Et primo facit hoc. secundum concludit. ibi (Quid de cetero faciam) dicens sic Cum filius inconstantie in questionibus enumeratis proficere non poterat propter eorum difficultates studuit vixari. Et cum viderat multitudinem virginum ductus in tedium parentibus sic respondit. Improbo corruptas et ut patet in textu. Et concludit se magis solari velle quam ducere vixorem. Et tandem proposuit studere difficultes questiones Ptholomei. dicens se preceptis suis vel-

¶ Tunc ibi (Sit ergo)

Boetius de

Hic recapitulat seu epilogat recolligendo prius dicta dicens sic. Sit igitur summa discipuli subiectio erga magistrum. exercitij attentio. animi leniuolentia. ingenij docilitas. specierum luxurie euitatio. et felicitas constantie dabitur professio

¶ Explicit liber primus

¶ Incipit liber secundus

Hic incipit secundus liber et quartum capitulum in quo finem ostendit in proemio promissum determinat Boetius de sagaci scholarium provisione cum sint in partibus alienis. Et diuidit in tres partes principales. In prima premitit

De complexionibus quattuor humani corporis

Omnia siquidem superius expedita ad scholarium informationem sunt affixa. Nunc de corporis sagaci provisione

intentionem cum hoc declarando diuersitatem complexionum humane nature. In secunda ostendit que requirunt ad prouidentiam scholarium sagacem. ibi. (Felicitas autem discipuli) In tertia declarat requisita ad scholarium prouidentiam respectu corporis. ibi. (Cum autem in discrepans) Prima adhuc in duobus. primo enim premitit intentionem. secundo exequitur illud. ibi. (Cum corpus humane conditionis) dicens sic. Omnia in precedenti libro expedita per scholarium informationem sunt composita. scilicet in quibus debent informari. Et quomodo se habebunt erga magistros suos. Nunc autem in presenti secundo libro de sagaci prouisione eorum est breuiter tractandum.

Notandum hic. quod ex quo dicebatur in precedenti libri principio quod eius subiectus est aptitudo discipuli cognitionem veritatis recipiendi a docente. Ideo ad hanc aptitudinem omnia que in hoc libro determinantur applicanda sunt et reducenda. quod in hac parte determinate sic reducendum est. Ostenso in parte precedenti in quibus debita aptitudo discipuli doctrinam recipientis consistit. quia in processu ad scientias ordinato. Et in debita subiectione respectu docentis. que in tribus consistit. videlicet docilitate. leniuolentia. et attentione. Nunc autor tractat de provisione aptitudinis predictae necessaria. que ad eam amittitur. ipsamque inducit. Quoniam enim nobilitatem et aptitudinem multis indiget. Recte sicut mules ad actum militie exercendum indiget pluribus. videlicet armatura. feris. equis et alijs huiusmodi sibi necessarijs. Sic etiam homo pro vite sustentatione indiget victu et vestitu sibi congruis loco conaturali. Homines autem diuersarum sunt complexionum. et quidam minus. quidam vero magis ad scientiam sunt apti. quoniam anima corporis complexionem comitatur. ut dicit autor sex principiorum. Et quia hic agitur de aptitudine cognitionis veritatis recipiendi. etiam determinandum est de complexionem que ad ipsam amittitur. Complexio autem indiget nutrimento. Et si

Disciplina Scholarium.

studium exercere debeat. in diget loco. quia studium sapientie est priuilegiatum vel loco solitario magis sit aptum. Alia vero studia sicut militaria & architectonice &c. quia in publico conuenientius exercentur. Nutritum igitur & locus complexioni & studio organice obseruiunt. Nam sicut visus obseruatur in oculo. sic complexio in nutrimento. Unde simile est in medicina. Ipsa enim ex quo tractat de sanitate. primo ostendit in quibus sanitas consistit. quibus

uisione breuiter est transcurrendum.

¶ Cum corporis humani conditio fleumate. sanguine. colera. melancolia consistat suffulta. ab aliquo predictorum quemlibet necesse est elicere pre eminentiam. ¶ Melancolico

bus sanitas consistit. quibus in humorum ad equatione ad inuicem postea determinat de his que ad sanitatem amminiculant eamque inducunt & cōseruant. sicut sunt humorum euacuatio supfluoꝝ. dietā congrua. & alia huiusmodi. Sic recte procedit Boetius. postquam dixerit minatur de his in quibus

aptitudo discipuli consistit. tam tractat de illis que ad talem amminiculant. Et hec sunt conuenientia loci. studij. & mensura alimēti cuiuslibet apta.

¶ Tunc ibi (Cum corporis humani) Hic Boetius exequitur intentum ostendendo diuersitatem complexionum. Et diuidit in duas. primo facit hoc in generali. secundo in speciali. ibi (Melancolico vero) dicens primo sic. Cum natura humana composita sit ex quattuor humoribus. scilicet fleumate. sanguine. colera. & melancolia. necesse est quemlibet hominum habere pre eminentiam in vno predictorum

¶ Notandum hic. quod complexio humani corporis quattuor humoribus. melancolia. scilicet fleumate sanguine & colera suffulta. est firmata siue sustentata. Unde de necesse est quemlibet hominem ab aliquo predictorum accipere pre eminentiam. scilicet vel in sanguine. vel in fleumate seu in alijs duobus. Et est humor ut hic sumitur corpus humidum in corpore animalis generatur aptum naturam nutrire corpus. & est quadruplex ut dictum est. Et quia secundum Aristotelem secundo de generatione ex eis sumus & nutrimur. Ideo cessante humore in corpore animalis sequitur eius desiccatio

¶ Secundo notandum. quod complexio potest sic describi. Complexio est conmixtio seu comixtio secundum magis & minus dominans. abcedens et recedens ab extremis ad medium non simpliciter. sed quo ad nos. Vel sic. Complexio est dispositio extrinseca vel sufficienter apparet significans causas intrinsecas consimiliter se habere. Vel sic. Complexio est dispositio alicuius de quattuor humoribus resultantibus ex quattuor elementis ad inuicem secundum proportionem inequalitatis. ¶ Tunc ibi (Melancolico vero)

¶ Hic in speciali determinat de complexionibus. Et diuidit in quattuor secundum quod quattuor sunt complexionēs. partes patebunt. Et primo determinat de melancolica complexionē. dicens sic. Melancolico timori & tardis

Boetius de

tati subiecto. necessarium est studere in loco secreto et anguloso. ubi non fit
unt magni strepitus. ubi etiam non est lux intensa. Et gaudebit modica
saturitate. cauendo sibi de serotina comestione. gaudebitque potibus me-
diocribus ad nature sue subsidium. prout labor studij requirit. potest recu-
pere potum plenarie et alia. et foueri ad mensuram. ne nimia studij proterui-
tas generet in ipso thymum et pectoris strictitudinem et anhelitus

Notandum hic. quod com-
plexio melancolica est qua-
do mixtum ex quattuor
elementis componitur seu
humoribus ubi humor ter-
re predominatur alijs hu-
moribus in mixto existe-
ntibus. Et ideo sic ille hu-
mor est frigidus et siccus
sic talis complexio frigi-
da et sicca terre assimilatur.
Sunt autem melancoli-
ci inferius grossi. superius
autem apparent macule-
ti. eo quod melancolicus finit
humorem melancolicum

est complexionatus. Melancolia vero est humor terreus et grossus natu-
ram hominis deprimens in naturam terream. Unde melancolici sunt ter-
re comparabiles. Terra autem inter omnia elementa est plus materialis pro-
pter quod etiam dicitur ferre omnium elementorum. Ideo etiam melancolici maxime sunt
grossi et minime agiles. Et propterea dicuntur etiam subiecti pigricie.
Sunt etiam timorosi. timor enim opponitur audacie. Audacia vero est ira que
dam accensa principaliter propter bonum. Ira enim est accensio sanguinis
circa cor. Cum igitur melancolici sunt humoris grossi. eo quod sunt natura-
liter frigidi et siccus. ideo calor eorum non habet virtutem accendendi san-
guinem. propter quod sunt timidi. Debet etiam eos studere in locis secre-
tis et angulosis. quia secundum Aucennam. immunitas a materia reddit nos
intelligentes. Sed melancolici sunt maxime materia onerati. unde impe-
ditur circa sensus omnis virtus intelligendi. eo quod necesse est quecumque intel-
ligentemphantasmata speculari. ut patet per philosophum tertio de anima. ideo de-
bet esse in locis secretis. Vel etiam quia timidi sunt. ideo ad loca secreta
fugiunt. Vel etiam quia valde sunt materiales. difficulter recipiunt im-
pressionem alicuius cognoscibilis. propter quod facilliter possunt impedi-
ri. ideo nullatenus circa se strepitum pati possunt. Debet etiam melanco-
licus precauere nimiam saturitatem. quia cum sit grossus ex saturitate ni-
mia grossi humores et pessimi possunt generari. et sic fieret omnino inhabi-
lis. Cum etiam naturaliter sit frigidus ne ex defectu caloris naturalis ni-
mius cibum maneat indigestus. et sic corpus grauet. Debet etiam precauere ces-
sam tardam. quod somnum sit digestio humorum. congregatio. Neque humor generat

vero timor pigricieque subiecto sub lo-
cis secretis et angulosis. strepituque ca-
rentibus. lucisque parum recipientibus stu-
dere est opportunum. Saturitatemque de-
clinam. seramque precauere cenam. potibusque
mediocribus gaudere ad nature sub-
sidium et prout studij desiccatio exigit

disciplina scholarium

tus ex cibo abundanter excessiue sive in somnū ad cerebrū ascendit ipsū destructuendo. ¶ Consequēter notandū q̄ melancolicę p̄plexionis signa sunt. Nam melancolicus est inuidus. infidelis. fallax. inconstātis animi tardus in omnib; factis. inordinarum habens appetitū. diligit enī esse solus. est timidus dum homines dētē inspīcere. etes ē ingenio. plures habens carnes. multū bibit. q̄ siccus naturaliter. parū comedit. quia non

plenaria potus receptione ad mensuram confoueri. Ne nimirū studij proteruitas thysum generet. anbelansq; thobracis strictitudinem

¶ Fleumaticus vero licet strepitu rugientib; edibus lucisq; capacissimū studij preceptis potest informari. potuliscq; plenioribus p̄r sustentari. ciba

augmentari. Et sic plus appetit et plus potest q̄ sine his Et sunt hec signa in his metris contenta. Inuidus et tristis cupidus de excessu tenacis. Nō ex pers fraudis. timidus. luteisq; coloris. ¶ Nota. thysus ē p̄sumptio corporis naturaliter humectatis ex alteratōe corpis pueniens. Un̄ thysici per fleumas emissionē p̄sumunt. sic q̄ vit̄ cutē sup ossa obtrinet Un̄ lauro cibo p̄nt vitā plongare. Thozax ē pect̄ vel lorica. ¶ Tūc ubi (Fleumatico)

¶ Hic ostēdit p̄prietates fleumatici. Et vult q̄ fleumaticis p̄r informari doctrinis in locis clamorosis et capacissimis lucis Potestq; foueri multis portis et nutrirī diuersis varijsq; cibarijs. Et si liceat dicere potest se mel in mense actum venereum exercere

¶ Notandū hic q̄ fleumatico potest informari documētis studij in locis clamorosis. q̄ frigidus est et humidus. Dorus autē est calor et siccitas in ductiuus. Si enī confricet ad corp̄ calor generat. Quia igit̄ frigidus est motus q̄ est actus studendi difficilior est in maiori strepitu. qui sensum mouet. et ita calor in eo intendit. et quodāmodo humor supfluus dēgerit. Habet enī fleumatico sanguine non ita nobile sicut colere Et ideo nō facilliter p̄strepitū in actu studij impedit. Strepitū tñ nō p̄mouet. sed impedit speculationē intellectualem. Est autē fleumatica complexio quādo aliquod mixtū componitur ex quatuor elementis sive quatuor humorib; naturam elementorū cōsequentib;. ita q̄ humor aqueus alijs p̄dominat humonibus. Unde fleumaticus est frigidus et humidus sicut aqua. Et naturaliter omnes mulieres fleumaticę sunt complexionis. Signa autem

potest digerere ratione frigiditatis. parum appetit coitus. Nilq; vel parum potest. quia frigidus est et siccus. Si vere vult appetere. cibaria calida et humida puluerosa. seu tene piperata sumat. bonūq; vinū aut potū calidū poterit. aut esset breuioris vite. Sic enī ratio calor in abis et portis existens calor naturalis augmentatur. Et ratione humiditatis nutritivales humidū radicale incipit

Boetius de

perque cognoscit rheumaticus sunt hec. Est albi coloris. carnosus. parua ossa respectu sue carnis habens. facie pinguis. non cito irascit timidus. et non letus ratione frigidi constringentis. multum comedit. minus bibit. tardus est in factis suis. capillos habet molles et rectos. multum continuare potest coitum. quia humidus. parum tamen appetit quia frigidus. Si vero multum appetere velit bibat fortia uina. comedat cibaria calefactiua. sic confortabit in eo calor naturalis

De signis et proprietatibus rheumatici dantur hec metra. Hic somnolentus piger in sputamine multus. Est huius sensus hebes. pinguis. facie color albus. Et ratione humiditatis cito ad discunt. sed male retinent. et ratione frigiditatis tarde loquuntur. Et nam ratione frigiditatis parum appetunt coire. ratione autem humiditatis multum possunt.

Tunc ibi (Sanguineus vero) Hic ponit proprietates sanguinei dices sic. Sanguineus autem complexio est nobilior inter ceteras studere potest in omni

loco. et sepe eludendo questiones incorporare grauissimas non tamen in hoc est semper perfidendum. Scientia enim melius a quocumque acquiri potest studendo quam ludendo. et dicitur delectabilibus uis cibariis et potibus subtilioribus

Notandum hic. quod sanguinei sunt naturaliter calidi et humidi. quia facilliter recipiunt et recepta retinent. quod propter aptissimi sunt ad disciplinam. Unde sanguinea complexio est quando mixtum aliquod ex quattuor complexionibus elementis. ubi aer et virtus eius predominat alijs elementis. Vel ubi sanguis nature aerealijs humoribus ab alijs discussis elementis in mixto predominat alijs elementis. ideo hec complexio est calida et humida aeri complexionibus parabilis. Signa huius complexionis sunt. scilicet quod est letus. cantans. largus sensus liberalis. amabilis. medioriter rubet coloris. pius. constans. moderatus ad virtutes naturaliter inclinatus. non multum loquens. nec nimis tacens sed facilius facta. non habet appetitum inordinatum. uult conuiuere sodalibus bonis. faciei non rugose. multum appetit propter caliditatem. et multum potest propter humiditatem. vii. Largus. amans. hilaris. ridet. rubet coloris. Cantans carnosus. satis audax. atque benignus

Tunc ibi (Colericus vero) Hic ostendit conditiones colericas. et

risque omnigenis confoueri. uenereoque accessu si fas est dicere mensuram pro molliore

Sanguineus vero cuius complexio nis fauorabilior propago est omnibus sitibus ac cibariis potest adaptari. quem ludendo sepius grauissima questione non uimus confoueri quasi obliquantibus hircis parietes solus occillaret. non tamen in hoc sepe est confidendum. Hunc autem cibariis omnigenis gratissimis. potibusque lenientibus decet hilarari

disciplina Scholarium

Primo facit hoc. secundo subiungit quandam cautam. ibi (Cauendum est aut) tercio remouet dubium. ibi (Si aut qualitraris) Primo dicit sic. Colericus qui est pallide faciei studebit in loco solitario. ne bilem. id est ira in fundat propter nimium strepitum in suam societatem. Ne etiam venerabiles magistratū ledat maiestatem. Et subdit dicens. Quamtu vitanda est lesio magistratus. Potest etiam colericus vti siue sustentari cena grati. etiam

¶ Colericus vero pallidule effigiei plerumque subiectus solitudini semper supponatur. ne nimij strepitus auditu bilem in totam effundat cohortem sicque magistratus venerabilem ne ledat maiestatem. Quis magistratus lesio est vitanda. Hunc cena grandiori nouim⁹ sustentari. potiusq; fortiori deliniri Cauendum autem est ne litis horror a ministracione potus istius ravidū mentibus extrahat. Si autem

litus. id est nosce teipm. ¶ Notandū hic. qd complexio colerica est quando mixtu componit ex quatuor elementis siue humoribus. sic tamen qd humor igneus alijs humoribus in eo p̄dominat. Signa autem per que cognoscit hec complexio sunt ista. ipm esse pallidum sicut est cinereus. quod actionem calidi sup humidū consumptū significat. etiā fortiter bibit et plus qd comedit gracilis. non carnosus. facies eius macra. et cito irascit. iraq; eius cito transit. audax est. preceps in omnibus factis. in tremore immoderatus. quasi nullum timens loquendo. capillos habens duos et nigros. superiora eius sunt grossa. ossa magna. nervos et musculos habens duos. Nobilis et veloc est et non piger. quia caloris est faciliter mouere omnia membra prodigus est semper dans. circumstantias non attendens. multum appetens. quia calidus. parum potens. quia sicus Unde si vratur humidis cibarijs et calidis. vtpote pullis iuuenibus in recenti aqua decoctis. hec nature eius possunt suffragari. Signa hec iam dicta habentur in his verbis. Hirsutus fallax irascens prodigus audax. Astur⁹ gracilis sicus croceiq; coloris ¶ Si quis dicat Averroys super de celo et mundo habet qd omnia mixta habent p̄dominiū a terra. ideo mouetur ad centrum ratione grauitatis. Videtur ideo qd omnia mixta sunt meli⁹ solida. Dicit ad hoc duplex est p̄dominiū elementorū in mixto. Quod

am et potu forti. ¶ Subiungit quandā cautela dicens. maxime est cauedū ne litis horror in potus ministratōe. mētib⁹ ravidū extrahatur. ¶ Et vltimo remouet dubium sic incidens Cum sit dictū de quatuor cōplexionib⁹ posset aliquis dicere. quomodo nos habere poterim⁹ dictarū complexionū cognitionem. Remouendo dubium hoc dicit Boetius. si ignoraueris assignare q̄itates cōsule philosophos speculatiuos seu medicos. et sic fit mētib⁹ intimatū. quorofo

Boetius de

Dam enim sumit finem qualitatem tamen aliud vero finem quantitates molis. Dicitur enim Averrois intelligit de quantitate molis. quia in omni mixto terra hoc modo predominat. Dicitur enim debet esse firmum et non cito frangibile. cuius causa est terra. Sed dictum auctoris intelligitur de qualitate predominio. Unde aliquando qualitas terre predominat alijs. aliquando qualitas et operatio ignis. et sic de alijs proplexiombus. Hoc igitur modo complexionones sequuntur specificationem et numerum.

Consequenter notandum. quod nunquam due complexionones in ambabus proprietatibus opposite simul esse possunt in eodem. ut fleuma cum colera. et melancolia cum sanguine. nisi in gradu fracto. Et quod contraria simul eadem inesse non possunt. finem tamen esse

remissum istis quattuor humores tunc in uno congregantur. Et qui habent symbolum ad invicem facilius in vice componi possunt. ut fleuma cum melancolia. quia communicant. Sed melancolia et sanguis ad invicem componi non possunt. quia in ambabus qualitatibus seu proprietatibus differunt. Et similiter colera cum fleumate facilius componi non potest. cum etiam in ambabus qualitatibus repugnent. Quia igitur quattuor complexionones prae caetera raro pure et simplices reperiuntur. sed sepius permixtae. ideo dinoscere earum complexionones non est puerile. Quae tamen proplexiō in unoquoque genere potest minime capi potest aliquo modo per signa antedicta

Nota quod complexio sanguinea. quia calida est et humida assimilatur aeri. venti. vento australi. et inter planetas ioui. ac inter etates hominis iuventuti. Haec enim omnia calida sunt et humida. Fleumatica vero complexio assimilatur aequae inter elementa. hyemi inter partes anni. fauonio inter ventos. lune inter planetas. et etiam sepius muliebri. Haec enim omnia frigida sunt et humida. Colerica proplexiō assimilatur igni. sub solano. estati. et etate virili. et inter planetas soli. Haec enim omnia calida sunt et sicca. Sed melancolica assimilatur terre. autumno. boreae seu vento septentrionali. saturno. et decrepitu. quoniam haec frigida sunt et sicca.

Notandum quod triplex est colerica. scilicet combusta. temperata. et melancolica. Combusta viget in hominibus nigram habentibus faciem. quasi a solaribus radijs combustam. Et tales sunt multi rethelles de facili ad iram commouentur. et cum inebriantur sunt furibundi. Temperata autem colera viget in hominibus pallidam et aliquid rubeam habentibus faciem. Et sunt tales discretiores in mente. et frequenter furiosi non multum segnes. Colera autem melancolica viget in hominibus luculentam faciem habentibus. et sunt homines semper tristes

qualitatis assignate ignorans sic societas theoreticos consulat. sequitur sic cognoscatur. pluribus vero mentibus intimatum est gnoto solitas

De reuerentia discipuli erga magistrum et quibusdam alijs

Felicis vero discipuli discretio magistratum subiecti gaudeat

disciplina scholarium

se habentes varias imaginatōes pharasticas. Et de tali intelligit litteras
¶ Tūc ibi Felicitas autē discipuli etc. In hac scda pre ponit qd dā preprū
generale. Et pmo facit hoc. scdo dicitū suū magis restringit. ibi (Si autē dis
cipulus) Adhuc pma diuidit in duas. pmo ponit doctrinā. Scdo cōtra
detractōre exclamar. ibi (Quid em detractore nequus) Primo dicit sic. Dis
cretio felicitas discipuli gaudeat se subijci magistratū. et metuendo eū dili

**Eumq; metuendo diligat. fidelis exi
stat ne sub piccurate dilectōnis obten
tu Albinus existat detrahendo**

**Quid enim detractore nequus? Ut ma
gistratus detractore etiam si mille fue
rint. Venienti autem magistro as
surgat pro loco et tempore ipsum salu
tando inclinet. eumq; si iubeat assequa
tur. Mansioni quoq; eius si potest
se inserat cohabitando. vt sic castiga
tus nō solum se remordeat. verū etiam
si locus affuerit ad eum confluat dili
genter inquirendo. Si autē discipulus**

dū ppter habitacōis distātiā. et quōq; ppter alterius rei cām. tūc habeat dis
cretas cedulas lateri suo promptas. quib; diligenter impmar qd sibi expē
sum fuerat a magistro. ¶ Notandū hic. qd Felix discipulus gaudenter se
magistro suo subijcere ipsumq; timere debet. Nā qd nō timet nō obedit. et
si nō obedit non est subiectus. Nō autē sic debet timere ipsum sicut fur parti
bulum. sed vt debitos honores sibi impendat. et eius mandato se subijci
at. ipsum in nullo commouendo. Ipsum etiam diligere debet. quia si non
diligat ipsum. precepta sua non custodit sed contemnit. Talis autem con
tempus subiectionem impedit. Debet autem discipulus debitam exhib
tendo magistro reuerentiam tempore et loco assurgere. Non quidem om
ni tempore. quia non dum studio est impeditus. nec omni loco. quia nō in
scholis vel locis studij. Et si potest discipulus cōmorabitur magistro suo.
ne solus in studio se remordeat. Tunc autem quis se remordeat dicitur
in studio. quando proprio intellectu ad aliquid acquirendū laborat. qd
per se inuestigare non sufficit. Discipulus em quandoq; magnos circa ma
teriam aliquam facit labores super qua facilliter posset a magistro suo ex
pediri. Si autem cum magistro suo moram habere non posset. habeat dis

Boetius de

diccas in quibus dubia emergentia conscribat. tempore vt oportuno eorum solutioem suo a magistro inquirat.

Nota dicitur dicitur a dicitamen. et ycos custo dia. vñ Clerice dicitur ca lateri sic semper amica. Nam sine dicitra vix retinebis ita. Item vox audita perit. littera scripsit pra maner. Sed obijces ret quis. hoc est contra commune prouerbius scilicet. Lordi nō carre rē.

Dicit ad hoc q̄ ista non opponitur potest enim primo dubium notificari et dicitur inscribi et post modum intellectui. Et sic non solum dicitis est commendandus. sed etiam intellectui.

Postq̄ Boetius ostēdebat p̄ceptum quoddam obseruandū in dicitulis propter apritudinem recipiendi cognitionem veritatis a docente. Hic in ista tertia parte ostendit quedam alia p̄cepta. Et diuiditur hec pars in duas. nam primo ponit illa p̄cepta. secundo declarat eorum causas. **¶** (Ne arto copii mucor)

Primo dicit sic. Cum igitur connexio studentium seu scholarium fuerit eorum. ita q̄ habeant p̄positum in simul morandi p̄ tempus vnus anni aut circiter. tūc conueniens est q̄ iuxta eorum facultatem festinent sibi procurare copiam salis frumenti lignorum et copiam vindemie. Sal q̄dem et ligna in estate. frumenta et vna in autūno. et in capricorno congerit carniū. Hoc em̄ maxime consentaneum est sanitati. Et assignat causam. ne muscor arto copii inficiat anhelitum. et ne etiam vinū insipidum cordis secreta confundat. et ne etiam sequatur rancor carniū. Et ne fetor tritice inclusus corumpat intestina. et ne lignorum defectus perahat mēbra. et etiam quod peius est ne continua infirmitas sequatur.

Notandum hic q̄ sicut philosophum in politicis. homo viuens solitarie aut est deus aut bestia. Ratio est. quia est adeo rudis q̄ de nullo curā gerit. Et hic bestia nominatur. Non em̄ viuūt vt homo. eo q̄ vite intellectu non insudat. aut est adeo perfectus felicitate mellitracozia q̄ nullo indiget. Et sic deus. id est diuinus esse dicitur. vnde homo naturaliter est animal politicum et ciuile habitans inter alios homines. vt sic h̄

magistro suo semper vt necessarius est nequeat exhibere presentiam. tum propter mansionis sue distantiam. tum propter alterius rei cām. dicitas lateri suo semper promptiores habeat cedulas vt quibus diligenter imprimat quod conscientie proprie nouerit intinatum eiusq̄ explicite inquirat dubitatum.

Quia autem indiscrepanz conueniensq̄ affuerit cōmēsalium connexio annua vel circiter sicut p̄positum commorandi voluntas. Salis autem lignorumq̄ in estate fragmenta Autūni copiam vindemie tritura. capricorni cō

Disciplina scholarium

mines sibi inuicem suppleant defectus. Docet autē hic autor qualiter scholares sibi prouidebunt in diuersis varios eorum defectus suppleantibus; nam contracta societate congrua scholaris prouisionem facient in nutrimentis et alijs ad usum vite necessarijs. vt in sale lignis carbonibus uino frumento. et alijs huiusmodi corpus conseruantibus. complexionem iuuantibus et ad apritudinem intencam amminiculantibus

geriem carniū. Quod proficiens sanitatisq; consentaneum sibi facultatem in unum componere. Ne artocopi mucor anxionarius anbelicum infirmet. Et ne uini insipidi acor cordis secreta confundat. carniū laniste rancor salisq; tritura fetor inclusus intestina corumpat. lignorumq; defectus mēbra contrahat et quod deterius est quottidianis incurfibus ingrossetur anxionarius ¶ Magna uero discipuli cōmoditas est prout facultas suppedit necessaria magistratui exhibere ne dum eius inhiat exequutioni rerum

uini. et mucor panis. vñ? Carnis rancor. acor uini. mucor quoq; panis ¶ Itē nō miser hic fertur in cuius sepe popina Huscidus est panis. caro rancida pendula uina

¶ Tūcibi (Magna uero discipuli rē) Hic Boetius continuando ppositum suū ostendit quid expediat magistro et discipulo dicens Magna uero cōmoditas discipuli vt suam iuxta facultatem magistro suo. puidesq; ac de vite necessarijs. ne tempore quo sibi intendere deberet instruendo circa rerū uenaliū curas se habeat occupare. Subdit. exclamatorē dicens. (Quod absurda est egestas) id est paupras magistrarus.

¶ Notandum hic. q. magna in hoc consistit discipuli cōmoditas vt iuxta sue facultatis exigentiam suo prouideat magistro de vite necessarijs. Sic enim tanto potest fidelius per eum informari. immo nunq; sibi facere poterit condignam laborum recompensam. Unde sicut filiam

¶ Item notandum q. vnusquisq; mēsis sua p̄pria habet exercitia. vt p̄ in his uersibus a ianuas rō consequenter enumerando. Porro ligna cresmo. de vite superflua de mo. Do gramen gratas mihi fuit flos mihi praezum. Welles inclino. segetes rego. uina p̄pino. Semē humi iacō. mihi p̄paleo sies mihi maeto.

¶ Item pro uocabulis textus notetur p̄mo q. artocopus dicit ab artos grece quod est panis latine et copos labor quasi panis cum labore factus ad opus domini sui. Unde. Est artos panis quod probat artocopus

¶ Itē rancor dicitur carnis proprietates Acor

Boetius de

propter substantiam quam assumpsit a parentibus non sufficit eis reddere equalens. Sic nec discipulus magistro pro scia ab eo sibi ministrata. In fine enim cuius de philosophis in ethicis. Dicitur parentibus et magistris non potest reddi equalens. Faciat igitur discipulus magistro suo iuxta facultatis exigentiam laborum recompensam. sed in vite necessariis subueniendo. Nec (ut dicitur autor in textu) rpe instructio scholarium victualium procuratori habeat intendere. ut fructus scholastici perveniat minoramentum. nam pluribus intentus minor est ad singula sensus etc. Tunc ibi (Loricum autem vetularum etc.)

Hic agit de pueris quibus adhaerent inferioribus dices sic felix discipulus abstinere se a frequentate lorice et vetularum accessu. imo quanto talis rarior tanto salubrior. Subiungit eam dices. Ne ve rule et lorice permissis domum eius accedere suggerant famulantibus seu sustulane aliqua quibus fieret ei de pauparato seu diffamario. quoniam raro reperitur delitas servientium et in periculo postaria. Subdit exclamacionem dices. Ne seducenti mancipio cui dilectio domini plenarie confidit. immo talinihil fedius seu ingratus valet inveniri

Notandum hic. quod studentes sibi providebunt congrua de familia tam quo ad sexum muliebre quam etiam masculinum. Et pro eam de cura domestica sublevari scholasticis aeribus tanto efficacius valeant inhare. licet enim ipsi indigeant mulieribus, non tamen eas debent artrahere. quia cum mulier naturali rerum sit meretrix. ne lorice ad suum veniens mancipium ipsum alliciendo malassebi persuadeat. quibus bona sui forsitan dilapidarentur

